

PHOEBS EXSVLTANS

de

Discessu ex Illustri quod Portae floret
Gymnasio

VIRI

JVVENIS GENEROSISSIMI
DOCTISSIMIque

FRANCISCI CAROLI
de WOLFFERSDORFF,

Equ. Misn.

d. XXIII. Aug. ccc XXXI.

dacantatus

a

JO. DAN. PVSCHIO,

Torg. Sax.

NVMBVRGI,

Typis BALTHASARIS BOSSOEGELII, privil. Typogr.

Mon



JAPANE GENITRORISIMI
DUCITISSIMI dñe

VIdi sonorae vertice laureo
Lyrae moventem fila sonantia
Phoebum, Camoendum vagantur
Doctiloquae per aperta rura,

Floresque carpunt, ferta quibus queant
Vincire doctis, pierio choro
Decora, quos Phoebus poëtas
Esse cupit, cytharaque claros.

Has cum magister carminis et lyrae
Laetas choreas cerneret eminus
Per rura ducentes cothurno
Purpureo, calathisque plenis;

Quae causa, dixit, proxima gaudii
Vos urget, alto de Jove filiae,
Quis auctor, aut cur vestra spirant
Pectora laetitia perenni?

Mox

Mox ora solvit Calliope, chori
Dux atque princeps: Aonidum pater,
Audi paterno more causas
Laetitiae, meritique plausus;

Per prata cum nos tendimus, incolunt
Quae curva Salae ad littora Najades,
Hac luce, narrant, castra Phoebi
Dulcia, laurigerasque Musas

Liquisse WOLFFERSDORFFIADVM DE-
CVS.

Qua propter omnes mox pede dextero
Pulsamus arva, et nostra tangunt
Gaudia coelicolas penates.

Hinc nos coronas (nec tibi displiceret)
Neclamus omnes artifici manu
Ex floribus, queis rura gaudent
Salaidum, Dryadumque saltus.

Mox prome Daphnen, sertaque Myrthea,
Conjunge Nardo mox hederas, foror
Nam qui poëta est jure summus,
Jure potest triplici corona

Incedere: addas Cecropium thymum,
Thymbramque, gratum germen Apollinis,
Costumque, Staeten, atque Amomum
Assyrium, Casiamque mollem.

Col-

Collaudat ultro Pieridum chori
Mentes Apollo, pigraque barbita
Sumit situ dextra perita,
Thrēciumque melos susurrat:

Quod destinarunt Castalides, TIBI
Insigne sumas, FLOS JVVENVM, decus:
Namque hoc decet sacros poētas,
Quos Helicon veneratur altus.

Felix perenni tempore vivito,
Echo resultat vivito, vivito,
Nam poscit aeternam Deorum
Consimilis Tua vita vitam.

Per rura quotquot colligit incola
Jam trux aristas, densa quot agmina
Hyblaea portant mella, cellae
Queis apium redolent replete:

Tot TE manebunt præmia splendida
Divina virtus quae meruit Tua.
Quot stirps tulit quondam parentum
Tot tribuent TIBI soli, honores.



78 M 496

ULB Halle
001 618 148



3

TA-DO

K018

b7



PHOEBS EXSVLTANS

de

Discessu ex Illustri quod Portae floret
Gymnasio

VIRI

JVVENIS GENEROSISSIMI
DOCTISSIMIque

FRANCISCI CAROLI
de WORFF,

Typis BALTI

vil. Typogr.

